¶ Huic aũt ſimile ẽ qḋ legit̃ de beato Baſilio ⁊ q̃dã vidua. Que dã vidua nobilis ⁊ diues viro ſuo moꝛtuo dedit ſe omni caſtrimar gie ⁊ libidini. q̃ cognoſcẽs ⁊ cõmemoꝛãs culpã incepit grauit̃ flere cõmiſſaz iniq̃tatẽ ⁊ ↄſũptã male iuuẽtutẽ. ⁊ ſcripſit oĩa peccata ſua ⁊ in fine vnũ ceteris enoꝛmi⁹ ⁊ ſigillauit ⁊ detulit baſilio vbi ꝓſtra tus oꝛabat. ⁊ ipa ibi ꝓſtrauit ſe flẽs amare. ⁊ petẽs a ſancto vt oꝛa ret ꝓ peccato ſuo delẽdo ⁊ ſibi remittẽdo. Cũ ãt ſanct⁹ viſa charta oꝛaſſet ipa nocte. ⁊ ĩ mane ſibi clauſaz miſiſſet mulier eã aperiẽs in uenit oĩa deleta. excepto illo enoꝛmi qḋ erat ĩ fine: de aliis gaudẽs. de illo amariſſime dolẽs rediit ad ſanctũ. q̃ ↄpaſſus ei⁹ lachrymis ait. Uade mulier ad heremũ ad ſanctũ Effren q̃ ĩpetret hui⁹ crimi nis tibi veniã. q2 ego peccatoꝛ ſum. Que cũ multa difficultate iuit. clamãs ⁊ pulſans cãm pandit ſancto effren q̃ ait. reuertere mulier. q2 ego peccatoꝛ hõ ſuz. q̃ obtinuit ꝓ aliis peccatis tuis põt obtine re ꝓ iſto. ⁊ reddidit ei chartã. ⁊ clauſit dicẽs. ꝓoccupa cito redire an teq̃ȝ egrediat̃ de coꝛpe. q̃ cito rediẽs ĩuenit ĩ poꝛta ciuitatis iã moꝛ tui coꝛpus qḋ ferebãt hoĩes ad ſepulchꝛũ. q̃ amariſſime eiulãs ⁊ au xiliũ ſancti ĩuocãs. ꝓiecit lr̃az ſup feretrũ. Quã q̃dã clericoꝝ leuãs ⁊ legere volẽs. ĩueniẽs totã deletã. reddidit eã mulieri. q̃ vidẽs oĩa deleta. gauiſa ſupꝛa modũ. ⁊ gr̃as agẽs veritatẽ ⁊ ſibi factaz gr̃az ⁊ miam ſancti ꝓcib⁹ ⁊ meritis oĩb⁹ q̃ aderãt ĩtimauit. Itẽ apud ſan ctũ victoꝛẽ pariſius cũ veniſſet q̃dã ſcholaris. nec valeret ſuũ pecca tũ ↄfiteri pꝛe verecũdia ⁊ doloꝛe. monuit eũ ↄfeſſoꝛ vt illud ſibi de ferret ſcriptũ. qḋ fecit. Et cũ iteꝝ ↄfiteri nõ valẽt ſ3 fleret. apiẽs char tã ↄfeſſoꝛ ĩuenit eã ſubito oĩno deletã in ſignũ plenarie remiſſiõis peccatoꝝ ſuoꝝ. Itẽ ĩ vita beati Egidii legit̃ q̃ cũ karolus ĩpetraſſet ab eo vt viſitaret eum. cũ loqueret̃ ei rex dixit q̃ quoddaz facinus fecerat ita enoꝛme q̃ nec ei nec alteri aliquo mõ ↄfiteret̃. S3 roga uit eũ vt oꝛaret deũ ꝓ eo vt ei dimitteret̃. Cũ autẽ in ſequẽti dñica ſanct⁹ egidius miſſaz celebꝛaret p̃ſente rege. ⁊ ꝓ eo rogaret angelus dñi apparuit ei. illud peccatũ in q̃dã cedula depoꝛtãs ſcriptũ ⁊ qḋ ꝓcib⁹ ſancti egidii erat ei dimiſſuz. ſi tñ ab eo ceſſaret. ⁊ digne peni teret. Et erat in dicta cedula additũ. q̃ quicũq̃ ꝓ quocũq̃ cõmiſſo ſanctũ Egidiũ ĩuocaret. ſciret illud ſibi dimiſſuz ſi penitẽs dimitte ret illud. Hoc ẽt ſciẽdũ ẽ q̃ ſi nõ põt hõ ꝓferre ṽba. nõ dimittit de⁹ peccatũ in ↄtritiõe. niſi hẽat hõ ꝓpoſitũ ↄfitẽdi. vel ṽbo. vel ſigno. vel ſcripto. vnde i. pſ̃. Dixi ↄfiteboꝛ. ⁊ tu. re. ĩpi. pec. m. Quia q̃cito ↄterit̃ ꝓponẽs ↄfiteri. ſtatĩ ei peccatũ ſuũ dimittit̃ q̃tũ ad culpaz. Ex q̃ dicit Ambꝛo. Lachꝛyme lauãt delictũ qḋ pudoꝛ ẽ ↄfiteri. itẽ ligit̃ q̃ q̃ñ pudoꝛ ẽ in ↄfitẽdo. ¶ Itẽ dicit̃ q̃ q̃dã vetula ↄſcia ſibi cuiuſdã enoꝛmis peccati qḋ ĩ ſua iuuẽtute cõmiſerat. ↄſueuerat in eccleſia quadã multas lachꝛymas fundere nõ ꝓponẽs illud aliquã do ↄfiteri. tũc q̃dã demoniacus q̃ ibi ligatus detinebat̃. ĩcepit vehe mẽtiſſime ridere. Et cũ adiuratus eẽt. quare ſic rideret. Rñdit q̃ iõ q2 viderat ſociũ demonẽ quẽdã ridẽtẽ. ⁊ lachꝛymas illi⁹ vetule in utiles irridẽtẽ. q̃ credebat q̃ pp lachꝛymas ſuas dimitteret ei pec catũ ſuũ ſine ↄfeſſiõe facta. vel in ꝓpoſito habita. In feruida autez ↄtritiõe q̃ ẽ cũ ꝓpoſito ↄfitẽdi. vt dicit̃ Eccĩ. iii. In die tribulatiõis de⁹ cõmemoꝛabit̃ tui. ⁊ q̃ſi glacies ĩ ſereno ſic ſoluent̃ peccata tua. Ad hoc facit qḋ habet̃ ſupꝛa de pñia de emiliano. ⁊ de pane ſoꝛdi do. Itẽ qḋ habet̃ ſupꝛa de mia dei. Itẽ de effectu paſſiõis chꝛi de illa q̃ occidit patrẽ ⁊ matrẽ. Itẽ. iii. dyal̃. xlix. dicit̃ Greg. q̃ ĩ mona ſterio ſuo fuit q̃daz frater antonius noĩe. q̃ quotidianis lachꝛymis ad paradiſi gaudia anhelabat. q̃ in ſcripturis nõ verba ſciẽtie. ſ3 cõ punctiõis gr̃am inq̃rebat. cui ꝑ viſionẽ noctumã dictũ eſt. paratus eſto. q2 dñs iuſſit te migrare. Qui cũ diceret ſe nõ hr̃e ſumptus ad migrãdũ. reſpõſuz ẽ ei. Si de peccatis tuis agit̃. dimiſſa ſunt. q̃ cũ adhuc trepidaret. nocte ſequẽti eiuſdẽ verbis iteꝝ eſt admonitus. Qui poſt q̃nq̃ȝ dies febꝛe coꝛrept⁹. cũctis fratrib⁹ flẽtib⁹ ⁊ oꝛãtib⁹ ẽ defunctus. Itẽ ad hoc facit qḋ habet̃ ſupꝛa de peccato defoꝛmi bus ĩmutatis vbi dicit̃ quomõ ↄtritio lauat. ĩmutat. ⁊ decoꝛat ani mas. ¶ Tertia ↄtritiõis vtilitas ẽ effectus placatiõis. Cõtritio nã q̃ eſt ſacrificiũ deo gratiſſimũ. ſicut. pſ̃. dicitur. Sacrificiuz deo ſpi ritus cõtribulatus. coꝛ contritum ⁊c̃. Et Dañ. iii. Dicunt tres pueri in camino. peccauimus. inique egimus recedentes a te. ⁊ deliqui mus in omnib⁹. ſ3 in aĩa cõtrita ⁊ ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur ſicut in holocauſta arietũ ⁊ thauroꝛuz. ⁊ ſicut in milib⁹ agnoꝛũ pin guiũ ſic fiat ſacrificiũ noſtrũ in ↄſpectu tuo vt placeat tibi. Sane lõ ge plus placet deo ſpirituale ſacrificiũ ↄtritionis. q̃ȝ vile ſacrificiuz brutoꝛũ animaliũ. q2 hic mactat̃ in holocauſtũ caro ⁊ mens ꝓpꝛia ibi vero caro aliena. Nec illud vnq̃ȝ deo placuit ſine iſto. immo il lud ſignũ erat iſtius: vt. ſ. illud materiale ſacrificiũ offerẽs intellige ret q̃ ſicut aĩalia bꝛuta occidebant̃: cõcidebant̃ in fruſta: ⁊ igne cre mebant̃. ſic offerens peccãdo meruerat occidi: mẽbꝛatĩ diuidi. igne cõburi ⁊ omni toꝛmẽtoꝝ genere cruciari. Mens igit̃ penitẽtis tota debet ↄtritiõis ardoꝛe ↄcremari in holocauſtũ. Sicut ait Greg. Ho locauſtum totum ſuccẽdit̃ cũ tota mens igne ↄpunctiõis accẽdit̃ ⁊ in ara amoꝛis ⁊ cogitatiõis deo offert̃. Idẽ. Qui oĩa ꝓpter deũ re liquerũt: ⁊ tñ ſe lachꝛymis cõpunctiõis nõ accẽdũt. ſiccũ eſt ⁊ non pingue ſacrificiũ eoꝝ. Itẽ in vitiſpa. dixit ſancta ſincletice. In his q̃ cõuertunt̃ ad dñm laboꝛ eſt pꝛimum ⁊ certamẽ: ⁊ poſtea ineffabile gaudiũ. Sicut enĩ qui volũt ignẽ accẽdere. pꝛimo fumat̃ ⁊ ex fumi moleſtia lachꝛymat̃. ſic q2 obtinẽt qḋ volebant. Itaq̃ȝ opoꝛtet nos cũ lachꝛymis ⁊ laboꝛib⁹ in nobis diuinũ ignẽ ſuccẽdere vt a deo q̃ ignis ↄſumens eſt qḋ volum⁹ valeam⁹ obtinere. Q3 aũt hac aqua iſte ignis ſuccẽdat̃: ⁊ coꝛ in holocauſtũ totũ accendat̃ ſignatuz fuit ii. mach. i. cũ aqua aũt craſſa ↄſperſuz eẽt ſacrificiũ ⁊ ligna. ſole ful gente accẽſus eſt ignis magn⁹. ita vt ↄſumeret̃ ſacrificiũ ⁊ ligna: q2 in ↄtritiõe igne celeſti ↄſumunt̃ pctã. Idẽ ſignat̃. iii. reg. xviii. Cuz iuſſiſſet helyas q̃ cũ quattuoꝛ hidriis ſupeffũderet̃ aqua. ſacrificiũ igne diuĩo cũ tota materia ſuccenſuz ẽ ⁊ ↄſumptũ. Quattuoꝛ hidrie ſignificant q̃ttuoꝛ a quib⁹ maxĩe lachꝛyme ꝓcedũt: q2 aut ꝓcedũt ex timoꝛe maloꝝ: vel ex pudoꝛe ↄmiſſoꝝ: vl̃ ex doloꝛe bonoꝝ amiſſoꝝ: vl̃ ex recoꝛdatiõe diuinoꝛũ beneficioꝝ. De ſ3 q̃ttuoꝛ hydrie ter effũ dende ſup ſacrificiũ ꝓpter tria genera pctõꝝ. ſ. male cogitatiõis: ⁊ opationis: ⁊ omiſſiõis. ¶ Quarta ↄtritiõis vtilitas eſt effectus ſa natõis. Eſt enĩ ↄtritio antidotũ medicatiuũ. pſ̃. Cõmouiſti dñe ter rã ⁊ ↄturbaſti eã ⁊c̃. Nota ſolent medici curare volẽtes hoĩez reple tũ coꝛruptis humoꝛib⁹. pꝛimo dare aliqua alteratiua q̃ ↄmoueant humoꝛes: digerãt ⁊ ꝓparẽt ad expulſionẽ. poſt modũ dant medici nã laxatiuã ⁊ toti⁹ egritudinis expulſiuã. Sic ſum⁹ medicus aĩarũ coꝛ penitentiũ cõmouit oñdendo vilitatẽ culpe. grauitatẽ offenſe: ſe ueritatẽ diuine iuſticie: terroꝛes moꝛtis: hoꝛroꝛẽ iudicii. penas ĩferni ⁊ hmõi. ⁊ h̃ oĩa faciũt magnã ↄmotiõez ⁊ turbationẽ ĩ coꝛde: ꝑ quã cõmotionẽ fit diſpoſitio ad expulſionẽ humoꝝ. Ideo ſequit̃. ſana cõtritiões q2 cõmota eſt. Nota ↄterunt̃ herbe vt inde fiat ſucc⁹ me dicinalis: ſed hoc eſt mirabile q2 in medicina coꝛpali ex herbis me dicinalib⁹ cõficit̃ coꝛpoꝝ medicina: ⁊ ex venenoſis ↄficit̃ venenum moꝛtiferũ. Hic aũt ex venenoſis pctĩs ſil̃ tritis in coꝛde ↄficit̃ medi cina ſalutaris. Dũ aũt coꝛ pctã ↄtinẽs cõterit̃ ⁊ ſanat̃: peccata q̃ cõ tinent̃ in eo cõterunt̃: ⁊ ex ↄtritiõe delent̃. vnde ꝓuer. xxvii. Cõte ret̃ cũ delinquẽte delictũ. ſicut ex cõmotiõe coꝛpis cõmouent̃ hu moꝛes. Sed coꝛpus ex hmõi motiõe ſanat̃: ⁊ expellunt̃ humoꝛes. pſ̃. Sanat ↄtritos coꝛde ⁊ alligat ↄtritões eoꝝ. Nota q̃ ſicut ex eo dẽ ſerpẽte tyro dicto cõficit̃ venenũ moꝛtaliſſimũ: ⁊ tyriaca ↄ͂ vene nũ. ſic ex eodẽ coꝛde moꝛs aĩe oꝛit̃ ꝑ pctĩ cõſenſuz ⁊ delectationẽ: ⁊ tyriaca ſalutifera ꝑ pctĩ deteſtationẽ ⁊ cõtritionẽ coꝛdis. Debet hõ penitẽs eſſe ſilis ceruo: de quo dicit yſiõ. q̃ cũ vulnerat⁹ multis ve natoꝝ ſagittis: currit ad mõtes ⁊ q̃rit ibi pabula amara herbe dypta mi: cui⁹ ṽtute tela a vulnerib⁹ repellunt̃: ⁊ vulnera curant̃. Sic ṽtu te ↄtritõis ⁊ tẽtatões ⁊ pctã a coꝛde ſauciato repellunt̃: vñ dr̃. Uul nera dũ ſanas doloꝛ ẽ medicia doloris. ¶ Quita ↄtritiõis vtilitas ẽ effect⁹ ↄſolatõis ẽ enĩ refrigeriũ mitigatiuũ. Dictũ ẽ enĩ q̃ in ↄtriti one ſil̃ ſũt ignis ⁊ aq̃: quoꝝ vnũ generat̃ ex altero: nec vnũ deſtruit alterũ: ſ3 poti⁹ fouet ⁊ auget: tñ aq̃ lachꝛymaꝝ ſic̃ h3 vim mũdatiuã ſic ṽtutẽ h3 refrigeratiuã. facit. n. refrigeriũ ĩ coꝛde: vt ardoꝛẽ poſſit leui⁹ ſuſtinẽ: tñ ardoꝛẽ nõ extiguit nec minuit: ſ3 augmentat. Eccĩ. xviii. Nõne ardoꝛẽ refrigerabit ros. Idẽ. xliii. obuiãs eis ab ardoꝛe veniẽti hũilẽ efficiet illũ. Uñ pñt dicẽ penitẽtes illõ. pſ̃. Trãſiuim⁹ ꝑ ignẽ ⁊ aquã: ⁊ ĩduxiſti nos in refrigeriũ. Iſtõ ẽ refrigeriũ ↄſolati onis: de quo. yſa. lxi. Spũs dñi miſit me vt mederer ↄtritis coꝛde vt p̃dicarẽ captiuis ĩdulgẽtiã: ⁊ clauſis aptionẽ vt ↄſolarer oẽs lugen tes: ⁊ ponerẽ ↄſolationẽ lugẽtib⁹ ſyõ. Itẽ iſtõ ẽ refrigeriũ rep̃ſſiõis fomitis: nã in ↄtritiõe fomes repꝛimit̃: vñ poſtq̃ȝ dixerũt tres pueri ĩ aĩa ↄtrita ⁊ ĩ ſpũ hũilitatis ſuſcipiamur. fecit dñs mediũ foꝛnacis q̃ ſi ventũ roꝛis flãtẽ. ¶ Sexta ↄtritiõis vtilitas eſt effect⁹ expugna tiõis: nã in ↄtritiõe ↄfert dñs ṽtutẽ expugnãdi hoſtes. ſic̃ dicit̃ Iu dith. xiiii. Dñs ↄteret eos. ſ. aſſyrios aduerſantes: q̃ ĩterp̃tant̃ depꝛi mẽtes vel ↄuincẽtes ſub pedib⁹ veſtris. Et Ro. xvi. ait aplũs. Deus pacis ↄterat ſathan ſub pedib⁹ veſtris. Itẽ iudith. viii. Indulgẽtiã eius cũ lachꝛymis poſtulemus. Sequit̃. Per voluntatẽ ſuã faciat nobiſcũ miaz ſuaz. Sequit̃ ⁊ humiliabit omnes qui inſurgunt con tra nos. ¶ Septima vtilitas cõtritionis eſt effectus illuſtrationis. Eſt enim collirium illuminatiuũ ⁊ clarificatiuũ oculoꝝ mentaliuz: q2 licet pꝛimo turbet oculos interioꝛes: tamen turbando eos clarifi

cat. ⁊ aīaꝫ illuminat. Apoč. iij. dicit dñs epōs Laoditie q̄ credebat ſe eſſe diuitē ⁊ clare vidētē. ⁊ tñ iudicio dñi erat paup ⁊ nudus ⁊ cecus. Collirio inunge oculos tuos. vt videas Joh. ix. Maria flens ad monumētū ī fletu nō cognouit dñz. ſꝫ poſt fletū. Greg. Qui compūctiōis luce eſt pfuſus. noctē humanā deſerit ⁊ ad verā lucē oculos aperit. Supꝛa de pnia vbi habeť exēplū de Emiliano illuminato. Joh. ix. laui ⁊ vidi. Laui inq̄ꝫ p ꝯtritionē lachꝛymādo. ⁊ vidi diuine grē lumine radiāte ꝯſciētiā ītuēdo. ¶ Octaua vtilitas ꝯtritionis ē effectus retributiōis. Facit eni īgreſſuꝫ in vitā eternā. Joſue xv. Initiū aſcēſus terre pmiſſiōis īcipit a ſūmitate maris ſalſiſſimi ſ. ꝯtritiōis. Luč. xxiij. Latroni ꝯtrito pꝛomittit dñs paradiſuꝫ dicēs. Hodie mecū eris in paradiſo. Ibidē Joſeph q̄ vnxit coꝛp⁹ ihū myrrha ⁊ aloe. p q̄ ꝯtritiōis amaritudo ſignať. erat expectās regnuꝫ dei. Joh. iij. diciť. fons ſaliēs. i. ſalire faciēs in vitā eternā. In vitiſpa. dicit abbas paſtoꝛ fratri cuidā querēti qd agēt Abꝛahā: qñ venit in terrā repꝛomiſſiōis hoſpes emit ſibi ſepulchꝛū. ⁊ poſt terrā in hereditate pcepit. ſic nos debemus facere. ⁊ cū frater quereret quō h ait dixit ſenex ſepulchꝛū ē locus lugēdi ⁊ plāgēdi. Sic q̄ vult hereditatē obtinere. dꝫ h p̄mo lugere ⁊ plangere. Itē legiť ꝙ q̄dā miles habuit filiā de vxoꝛe ſua valde pulchꝛā. quā īſtigāte dyabolo illicito amoꝛe amauit ⁊ coꝛrupit. quē zelū mater p ſigna nimis euidētia aduertit ⁊ dephēdit. ⁊ cū pꝛe ꝯfuſiōe ſua ⁊ filie ſtupēs nollet factū ppalare. filia ppēdēs ꝙ res eēt mrī cognita. ꝯſilio cuiuſdā vetule dedit matri venenū de cui⁹ hauſtu moꝛtua ē. Quō cū pater aduertēs hoꝛreret. ⁊ filiā dimitteret ⁊ refugēt ipſo eodē veneno quo moꝛtē ītulit matri ītulit ⁊ patri. Quibus ſic occiſis. diu deſpata pmāſit quouſq̄ꝫ a quodā p̄dicatoꝛe crucis audiuit ꝙ oīa peccata q̄ poſſēt fieri q̄ſi nihil erāt ad cōparatiōeꝫ mīe dei. Ad quē accedens. cū nec pꝛe doloꝛe ꝯfiteri valeret. tñ eā ꝯſolat⁹ ē ꝙ ei vix loq̄ valēs pꝛe lachꝛymis. peccatū ſuū ē ꝯfeſſa iudicās ſe dignā omni pena ⁊ ꝯfuſione. Que ēt ſtatī vt ab eo receſſit cū q̄dā ancilla ſua ad eccleſiā iuit. ⁊ ibi in oꝛone ſe pſternēs. ⁊ lachꝛymis laxās habenas. pꝛe eaꝝ inūdatiōe ⁊ doloꝛe pfocata moꝛtua iūēta ē. Cū aūt ille q̄ ꝯfeſſionē ei⁹ audierat in ſermōe ad populū faceret ꝑ ea rogari. audiuit vocē ſibi dicētē ꝙ poti⁹ erat neceſſariū ꝙ ipa oraret ꝓ eo. q̄ in lachꝛymaꝝ inūdatiōe quaſi iteꝝ baptizata euolauerat ad celeſtē patriaꝫ ſine omni pena purgatoꝛia.

¶ De ꝯfeſſione. DIS. IX.

D Einde dicēdū ē de ꝯfeſſiōe circa quā ꝯſiderāda ſūt decē. Pꝛimo qd ſit ꝯfeſſio. Scōo vtrū oēs teneanť ꝯfiteri. ⁊ quo iure. Tertio cui ſit ꝯfitēdū. Quarto de qb⁹. Quinto qñ. Sexto qualis dꝫ eſſe cōfeſſio. Septio de his q̄ mouere debēt ad ꝯfeſſiōeꝫ libēter ⁊ fideliter faciēdā. Octauo de vtilitate ꝯfeſſiōis ⁊ ei⁹ effectu multiplici. Nono de ꝯfeſſiōe inutili. Decimo de īpedimētis vere ꝯfeſſiōis. ¶ Circa p̄mū ſciēdū ꝙ eā ſic diffinit aug. Cōfeſſio ē p quā moꝛbb⁹ latēs ſpe venie aperiť. Ad cui⁹ euidētiā ſciēdū ꝙ ꝯfeſſio fit tripliciť. aut in foꝛo ꝯſciētie coꝛā deo. aut in foꝛo pnīe coꝛā dei vicario aut in foꝛo ꝯtētioſo coꝛā iudice. In p̄ma peccatū latēs nō aperiť. q2 aptuꝫ erat. In tertia v̄o nō apiť ſpe venie. In media vero peccatuꝫ latens ſpe venie apiť. Unde ꝯfeſſio ſacramētalis q̄ ē pars pnīe ibi ꝯueniēter deſcribiť. ⁊ p mām q̄ eſt peccatū. ⁊ p actū q̄ ē apire. ⁊ p finē q̄ eſt ſpes venie. Bene aūt diciť peccatū latens. q2 ſi ante ꝯfeſſioneꝫ erat peccatū apertū ꝯfeſſoꝛi vel alij cuicūq̄ꝫ vt homini. nō tñ vt dei vicario. Itē diciť aperiri. q2 ⁊ ſi aperiať dei vicario claudiť tñ ſub ſigillo. ⁊ ipi ꝯfeſſoꝛi vt homini ⁊ oib⁹ alijs. Itē diciť ſpe venie. q2 timoꝛ aliqñ ſit motiuū ad ꝯfitēdū. nō tñ mouet vt finis. ¶ Circa ſcōm. ſ. vtrū omnes teneanť ad ꝯfeſſionē. dicendū eſt ꝙ duplex ē cōfeſſio. quedā mētalis que fit ſoli deo. quedā vocalis. Itē vocalis duplex quedaꝫ generalis ⁊ indiſtincta. Et quedā ſpecialis ⁊ diſtincta. Cōfeſſio mentalis que fit ſoli deo eſt de iure naturali. ⁊ ad illā tenebātur oēs homines ante oēm legē ſcriptā. Confeſſio vero vocalis generalis ⁊ indiſtincta. aliquo modo erat de lege moſayca. ſ. p determinationē ſacrificioꝛuꝫ. ſicut patet in leuit. vbi dicitur. Anima que p ignoꝛātiā peccauit. ſic offeret. ⁊c̄. anima q̄ p ſupbiā ⁊c̄. vel ſi peccauerit p̄nceps ⁊c̄. Unde ſm genera peccatoꝝ erāt determinata genera ſacrificioꝛū. ⁊ ſic in offerēdo quodāmodo cōfitebanť peccatum ſuum. Item in emiſſione hyrci emiſſarij ſacerdos confitebať peccata totius populi dño in vniuerſali. nō ſingulariū pſonaꝝ in pticulari. Cōfeſſio vero mētalis diſtincta ⁊ determinata ſacerdoti faciēda ē de iure diuino. in lege euāgelica pmulgato. q2 in omni iudicio bene oꝛdinato opoꝛtet alteꝝ eſſe reū. alterū iudicē. In pnīa vero qōdam iudiciū eſt. ideo decet ibi eſſe aliū reum aliū iudiceꝫ. Iudiciuꝫ autē ꝯtra reum pcedit. aut p pbationes ꝯtra inimicū. aut p ꝯfeſſiones ꝓpꝛias ſponte factas. Cum ergo iudiciū pnīe ſit ſpontaneum opoꝛtet pcedere ex cōfeſſionib⁹ rei: nō ex alijs pbatōib⁹: in iudicio v̄o nō dꝫ eſſe iudex pꝛincipalis: niſi qui pōt abſoluere ⁊ condēnare. Et ideo iudiciū illud ſoli deo p̄ncipaliter ꝯpetit qui ſolus pōt pctā relaxare: ipſe v̄o q2 deus erat ⁊ nō hō ſufficiebat ei mētalis ꝯfeſſio vſq̄ꝫ ad ſuſceptionē humane nature: ex tūc aūt etiā vocalē ꝯfeſſionē q̄ fit homini req̄rit ab hoīe ⁊ q2 ipſe in foꝛma hūana nobiſcū pꝛeſens eſſe nō pōt vicarios ꝯſtituit hoīes quib⁹ debem⁹ ꝯfeſſionē facere. In hoc aūt ꝙ eis ptātē iudiciariā ligādi ⁊ ſoluēdi dedit cōfeſſionē eis tanq̄ꝫ iudicib⁹ debere fieri īſinuauit. Oēs ergo hoīes tenēťur ꝯfiteri pctā ſua explicite ſacerdoti: q2 chr̄s h p̄cepit īplicite in figura: cū dixit lepꝛoſo mūdato: vade oñde te ſacerdotibus Math. viij. Et etiā ſine figura in hoc nō tñ ptātē iudicādi in foꝛo exterioꝛi dedit diſcipulis accipiēdā ab alijs mediāte petro cui eā pmiſit ante paſſionē. cū ſibi dixit illud qō ſcriptū eſt Math. xvj. Tibi dabo claues ⁊c̄. Et dedit poſt reſurrectionē cū dixit ei. Paſce ⁊c̄. Joh. xxij. Sed etiā dedit eis ptātē iudicādi in foꝛo cōſcīe: nō tñ aplīs quoꝝ ſunt epī ſucceſſoꝛes: ſed etiā alijs diſcipulis quoꝝ ſūt ſucceſſoꝛes inferioꝛes ſacerdotes: ⁊ illā poteſtatē oīb⁹ īmediate dedit p ſeipſum. cū poſt reſurrectionē dixit eis. Accipite ſpm̄ ſanctū: quoꝝ remiſeritis pctā remittunť eis: ⁊ quoꝝ retinueritis retēta ſunt. Joh. xx. Quibus aūt dať ptās iudicādi de aliqua cā implicite: datur eis ptās cognoſcēdi de illa. Nullus eni pōt eſſe bon⁹ iudex de his q̄ ignoꝛat. Sacerdos aūt cognoſcere nō pōt ſufficiēter foꝛefacta ꝯſcīe peccatoris: niſi peccatoꝛ ei ꝯſcientiā ſuā p ꝯfeſſionē aperiat. Sꝫ foꝛte dices ꝙ ex dictis nō ſequiť ꝙ pctōꝛ teneať de neceſſitate ꝯfiteri: ſed ꝙ ſi cōfiteť: ſacerdos pōt ipſuꝫ iudicare de ꝯfeſſis. Sed hec euaſio friuola eſt. Null⁹. n. ē iudex me⁹ ꝓ quo non teneoꝛ facere niſi q̄ꝫtū volo. Cū ergo chr̄s ſacerdotes ꝯſtituerit iudices alioꝝ in foꝛo ꝯſciētie: tenenť peccatoꝛes de neceſſitate ſalutis cōfiteri pctā ſua ſacerdoti. Et ideo bene dixit ſapiēs ꝓuer. xxviij. ꝙ q̄ abſcōdit ſcelera ſua nō dirigeť. Auctoꝛitas etiā aplīca hoc p̄ceptū pmulgauit. Uñ iacob⁹ in canonica ſua poſtq̄ꝫ dixit: īfirmať q̄s ex vobis īducat p̄ſbyteros eccleſie ⁊c̄. Cito poſt ſubiūgit. Cōfitemini alterutrū pctā veſtra: ⁊ oꝛate ꝓ inuicē vt ſaluemini. In quo pꝫ ꝙ ītellexit cōfeſſionē eē faciēdaꝫ ſacerdotib⁹: ⁊ eā eē neceſſariā ad ſalutē. Per hoc ꝙ dixit vt ſaluemini: qō nō tñ referēdū eſt ad h ꝙ dixit. oꝛate ꝓ inuicem: ſꝫ etiam ad hoc ꝙ dixit. ꝯfitemini. Pꝛeceptū etiā de ꝯfitēdo ſacerdoti. eccleſia circūſtātiauit q̄ꝫtū ad illū cui ꝯfitēdū ē ⁊ q̄ꝫtū ad tpus ꝯfitēdi: ⁊ q̄ꝫtū ad modū: extra de pe. ⁊ re. Ois vtriuſq̄ꝫ ſexus fidelis poſtq̄ꝫ ad ānos diſcretōis pueneritoia ſua ſolus pctā ſaltē ſel' in āno fideliť cōfiteať ꝓpꝛio ſacerdoti: ⁊ iniūctā ſibi pniaꝫ ꝓ virib⁹ ſtudeat adimplere. Ex p̄dictis pꝫ p ꝯtritionē moꝛtale peccatū nō remitti ſine ꝯfeſſione in re vel in ꝓpoſito: explicite vel īplicite. Et ſic debet intelligi illud qō diciť de penitētia diſ. j. ca. Si cui. C. Ex his. Nullus aūt p cōfeſſionem oꝛis ⁊ ſatiſfactionem operis peccati abolet culpam.

¶ De confitendo pꝛopꝛio ſacerdoti. DIS. X.

C Irca tertiū. ſ. cui ſit ꝯfitēdū: cōſiderāda ſūt q̄nq̄ꝫ. Pꝛio vtrū ſit neceſſe ꝯfiteri ꝓpꝛio ſacerdoti. Scōo vtrū ex p̄uilegio vel mādato ſupioꝛis poſſit aliq̄s cōfiteri alij q̄ꝫ ꝓpꝛio ſacerdoti. Tertio vtrū illi q̄ cōfitenť alicui ptātē ſupioꝛis habēti teneanť eodē āno ꝯfiteri ſuo pꝛochiali ſacerdoti. Quarto vtrū in caſu neceſſitatis ſufficiat ꝯfiteri layco. Quito vtrū cōfeſſoꝛi nō ſacerdoti quē pꝛochialis ſacerdos poſuit loco ſui teneanť eadē peccata iterū cōfiteri: poſtq̄ꝫ eis conſtiterit illū cui cōfeſſi ſunt ſacerdotē nō eſſe. ¶ Ad pꝛimū. ſ. vtrū neceſſe ſit cuilibet cōfiteri ꝓpꝛio ſacerdoti. Dicēdū ꝙ ꝓpꝛius ſacerdos q̄drupliciter pōt accipi. Uno modo eſt ꝓpꝛius ſacerdos alicui⁹ habens ſup ipſuꝫ iuriſditionē oꝛdinariā in foꝛo penitētie. modo tamē inferioꝛi: ⁊ ſic ꝓpꝛius ſacerdos eſt ille qui ꝯmuniter vocať p̄ſbyter pꝛochialis. Alio mō habens iuriſditionē oꝛdinariā vel mō pꝛincipali: ⁊ ſic epūs eſt ꝓpꝛius ſacerdos omniū exiſtētiū in ſuo epatu. Ul' mō p̄ncipaliſſimo: ⁊ ſic papa eſt ꝓpꝛius ſacerdos oīuꝫ chꝛianoꝝ. Tertio mō habēs iuriſditionē delegatā ab aliquo iſto: vel a legato dñi pape. Quarto mō habēs iuriſditionē vł ex ꝯmuni cōceſſiōe: vel pmiſſione iuris: ⁊ ſic ſunt ꝓpꝛij ſacerdotes illi quos epī vel abbates exēpti eligūt in ꝯfeſſoꝛes. Talib⁹ eni pmittiť ex iure cōi eligere ſibi diſcretū ⁊ puidū cōfeſſoꝛē. extra de pe. ⁊ re. ne ꝓ dilatiōe. Sic etiā eſt ꝓpꝛius ſacerdos p̄ſbyter q̄cūq̄ꝫ illius quē audiuit ꝯſtitutū in articulo neceſſitatis. ſi ꝓpꝛiū ſacerdotē aliquo p̄dictoꝝ triū modoꝝ non poteſt habere. Hoc etiā quarto mō eſt ꝓpꝛius ſacerdos vagabūdorum quicūq̄ꝫ p̄ſbyter pꝛochialis. in cui⁹ pꝛochia voluerint confiteri quiā tales nuſq̄ꝫ habent domiciliū ꝓpꝛiuꝫ. ff. ad municipia. l. labeo. Similiter dico de illis qui domicilio relicto nauigāt vel iter faciūt

querẽtes quo ſe ꝯferãt.ff.ad municipales.l.eius.L.Si ꝗs domici/
lio.Sic etiã ẽ ꝓprius ſacerdos ꝑegrinoꝝ ad ſancta loca.qcũqꝫ par
rochialis p̄ſbyter cui noluerũt ꝯfiteri de cõmiſſis poſtqꝫ receſſerũt
a iuriſditiõe illi⁹ in cui⁹ ptãte habẽt domiciliũ.Accipiẽdo aũt pro/
priũ ſacerdotẽ ꝓ ſacerdote habẽte iuriſditiõeꝫ aliquo p̄dictoꝝ mo
doꝝ.nõ ẽ faciẽda ꝯfeſſio niſi ꝓprio ſacerdoti.ad h̄ vt hõ nõ trãſgre
diat̃ p̄ceptũ.ꝯſequaturqꝫ ꝯfeſſiõis effectũ.Quia ſicut ĩ nãlibus ad
aliquẽ effectũ reqrit̃ potẽtia actiua ĩ agẽte ⁊ mã debita ĩ ſuſcipiẽte
ſic ad effectũ ligãdi ⁊ ſoluẽdi ĩ foro ꝯſciẽtie reqrit̃ poteſtas clauiũ
q̃ dat̃ ſacerdoti ĩ ſua ordinatiõe ⁊ mã debita.i.ſubdit⁹ q̃ habet̃ ex
iuriſditiõe aliquoꝝ p̄dictoꝝ modoꝝ.Sꝫ accipiẽdo ꝓpriũ ſacerdotẽ
p̄mo mõ vel ſcđo q̄uis ſit eis ꝯfeſſio regularit̃ faciẽda. ĩ multis tñ
caſib⁹ nõ oportet vt oſtẽſuꝫ ẽ ¶ Ad ſcđꝫ.ſ.vtrũ ex p̄uilegio vel mã
dato ſupioris poſſit aliꝗs ꝯfiteri alij qꝫ ꝓprio ſacerdoti. Dicẽdũ ꝙ
ad audiẽdũ ꝯfeſſionẽ alicuius.⁊ abſoluendũ reqrit̃ poteſtas ordi/
nis ⁊ poteſtas iuriſditiõis.Talis ꝰ poteſtas nõ põt cõmitti nõ ha/
bẽti ordinẽ.nec põt cõmitti a nõ nõ habẽte iuriſditiõeꝫ.Põt tñ cõ
mitti habẽti ordinẽ ab eo q̃ hꝫ iuriſditioneꝫ tñ vel ab eo q̃ hꝫ iuriſ/
ditionẽ ⁊ ordinẽ.Talib⁹ ꝰ qb⁹ ẽ cõmiſſa poteſtas poſſũt ſubditi cõ
fiteri ¶ Ad tertiũ.ſ.vtrũ illi q̃ ꝯfeſſi ſũt alicui ptãtẽ ſupioris habẽ/
tis teneant̃ eodẽ anno ꝯfiteri ſuo ꝓchiali ſacerdoti.Dicẽdũ ꝙ ep̄s
hꝫ ordinariã iuriſditionẽ ſuꝑ ſubditos ſacerdotũ ꝓchialiũ. illud
aũt qđ ꝯuenit ex ordinaria iuriſditiõe ip̄e põt cõmittere alij habẽti
ordinẽ ꝯueniẽtẽ ad illud officiũ exequẽdũ.extra de ꝯſecra.eccleſie.
Aqua.Illi ꝰ q̃ ꝯfitent̃ legitime habẽti ptãtẽ ep̄i ⁊ abſoluunt̃ ab eo
dẽ.vere ſũt abſoluti.nec eadẽ peccata ĩ nũero tenent̃ ſuis p̄ſbyteris
ꝓchialib⁹ ꝯfiteri.Sꝫ vtrũ eodẽ anno teneãt̃ ꝯfiteri p̄ſbyteris pro
chialib⁹ peccata q̃ poſt abſolutionẽ icurrũt.opiniões ſũt.Et aliq̃ di
cũt ꝙ nõ.qꝛ ꝑ p̄ſbyteꝝ ꝓchialẽ nõ ĩtelligit̃ curatus ĩferioꝛ.ſꝫ etiã
ep̄us.vnde ep̄atus qñqꝫ dicit̃ ꝓchia.⁊ ep̄us p̄ſbyter ꝓchialis.
Qđ ꝓbari poſſe videt̃ ꝑ illud qđ dicit̃ extra de ꝓchijs ⁊ alienis
ꝓchianis ca.nullus.Et.ix.q.ij.Nullus.Et.c.Nullus p̄mas.Et.c.
vlti.Alij dicũt ꝑ p̄ſbyteꝝ ĩferiorẽ nõ ĩtelligi niſi curatũ inferiorẽ.qꝛ
verba debẽt accipi ſm ꝙ ſonãt ĩ vſu cõi.Preterea papa ĩ p̄uilegio
ꝯceſſo minorib⁹ ⁊ p̄dicatorib⁹ ſuꝑ ꝯfeſſiõib⁹ audiẽdis declarãdo
videt̃ dicere ꝙ in illo ſtatuto.Oĩs vtriuſqꝫ ſexus. ĩtelligit̃ p̄ſbyter
ꝓchialis ille q̃ in cõi vſu ſic vocat̃.in h̄ ꝙ dicit ꝙ ꝯfeſſi fratribus
teneant̃ ſemel in anno ſuis p̄ſbyteris ꝓchialibus ꝯfiteri ꝓut ſta/
tuit ꝯciliũ generale.Cũ eñi dicẽdo p̄ſbyteris excludat nõ p̄ſbyte/
ros.⁊ ꝑ h̄ ꝙ dicit ſuis.excludit nõ habẽtes iuriſditiõem ſuꝑ eos vi
det̃ ꝙ ꝑ h̄ ꝙ dicit ꝓchialib⁹ excludit ep̄os.Alias illud v̄buꝫ pro/
chialib⁹ ibi poneret̃ ꝓ nihilo.vbicũqꝫ aũt papa aliq̃d dicit ꝑ modũ
declaratiõis iuris.ſi bullatũ ẽ ad oẽs ſe extẽdit.etiã ſi nõ ſit ĩſertuꝫ
ĩter alias decretales.ꝰ cũ ep̄s nõ ſit ſuꝑ ſtatutũ.ꝯfeſſi ibi ſibi vel ali
cui auctoritate ei⁹ tenent̃ eodẽ anno ſuo curato ĩferiori ſemel ꝯfite
ri.Nõ ſic aũt dicẽdũ ẽ de ꝯfitẽtib⁹ pape.vel habẽtib⁹ eius auctori
tatẽ abſolute.qꝛ papa ẽ ſupra ꝯciliũ generale.p̄ma tñ opinio ratio/
nabilioꝛ videt̃ ¶ Ad quartũ.ſ.vtꝝ in caſu poſſit vel debeat ꝗs lay
co ꝯfiteri.dicẽdũ ꝙ ꝯfeſſio dꝫ fieri habẽti ordinẽ vt dictũ ẽ.q.ſ.vir/
tute clauiũ poſſit abſoluere.⁊ aliq̃d de pñia relaxare. qđ nõ poſſũt
layci.iõ ꝯfeſſio ſacramentalis nõ dꝫ fieri layco.Et ſi fiat nõ põt ab/
ſoluere.nec aliq̃d de pñia ꝓ peccatis debita relaxare.Põt tñ talis
ꝯfeſſio eſſe meritoria ꝯfitẽti rõne humilitatis.⁊ nihilomin⁹ tp̄e de/
bito tenet̃ ꝯfiteri ſacerdoti ꝓprio.vel alij ptãtẽ habẽti ¶ Ad qntũ
ſ.vtrũ ꝯfeſſi ꝯfeſſori non ſacerdoti quẽ ꝓchialis ſacerdos poſuit
loco ſui credẽs eũ eſſe ſacerdotẽ.teneant̃ illa eadẽ peccata iteꝝ cõfi
teri poſtqꝫ ꝯſtiterit eis illũ cui ꝯfeſſi fuerũt nõ eſſe ſacerdotẽ.Dicẽ/
dũ ꝙ tales tenent̃ illa eadẽ peccata ſit illoꝝ ſũt memores iteꝝ ꝯfite
ri ſacerdoti.qꝛ ſm rei veritatẽ ex illis nõ ſũt rite ꝯfeſſi.nec ſacramẽ
tũ pñie ſuſceperũt.nec tñ iudicãdi ſũt peccaſſe tãqꝫ traſgreſſores ſta
tuti ꝯfitẽdo.qꝛ eos ignorãtia ĩuincibilis ſeu ꝓbabilis excuſauit.Et
dico ꝙ illa ꝯfeſſio eis fuit meritoria.nõ tñ eis tã vtilis ceteris pari/
bus ac ſi ꝯfeſſi ſacerdoti fuiſſent.qꝛ nõ ſacerdos nõ põt ꝯferre peni
tenti illud beneficium quod ſacerdos ex vi clauium adminiſtrat.

## ¶ De quibus tenemini confiteri. DIS. XI.

Circa quartũ.ſ.de q̃bus hõ debeat ꝯfiteri viden/
da ſũt tria.Primo vtrũ teneat̃ cõfiteri oĩa
mortalia tam publica qꝫ ſecreta.Scđo vtruꝫ teneat̃ ꝗs
venialia confiteri.Tertio vtrum omnes circunſtantias
peccatoruꝫ ¶ Ad primuꝫ dicendũ ꝙ homo tenet̃ confiteri omnia
peccata mortalia tam ſecreta qꝫ publica. quia ⁊ ſi ſecreta debeant
mori interius per cõtritionẽ.deferri tamẽ debent ad ſepeliẽdũ exte
rius per confeſſionẽ ⁊ qꝛ nõ ſufficit aliquid eſſe notũ iudici.niſi ſit
ei notũ in forma iudicij.qꝛ vt dicit̃.iij.q.vij. Iudicet. Iudex debet
iudicare ſm allegata.ideo peccata publica q̄uis ſint manifeſta ſa/
cerdoti ſicut homi:qꝛ tñ nõ ſunt ei manifeſta ſicut vicario dei opoꝛ
tet ea ꝯfiteri.Et p̄terea ſicut dicit magiſter diſ.xvij.ca.vlt.cõfeſſio ẽ
quedã punitio pcti:vt ꝑ eã peccatoꝛ ſit hũilioꝛ ⁊ cautioꝛ:vñ nõ ẽ tñ
ad notificãdũ ꝯfeſſori peccatũ ¶ Ad ſcđm.ſ.vtruꝫ de venialib⁹ te/
neat̃ ꝗs ꝯfiteri.Dicẽdũ ꝙ ꝑ venialia nõ ſit ſepatio nec a regno eccle
ſie triũphãtis:nec a regno eccl̃ie militãtis cũ ꝰ ꝑ ipſa regnũ nõ clau
dat̃ nõ indiget de neceſſitate officio clauiũ ꝑ qđ regnũ apit̃.Nõ ꝰ
neceſſe eſt ꝯfiteri venialia ꝑ ſe loquẽdo ꝑ accidẽs tñ poteſt eẽ neceſ
ſariũ:vel rõne dubij:qñ credunt̃ eẽ mortalia:vl' rõne ſtatuti:qñ hõ
q̃ tenet̃ ꝯfiteri ſel' in ãno nõ hꝫ niſi venialia ¶ Ad tertiuꝫ.ſ.vtrũ te/
neat̃ hõ circũſtãtias oẽs peccatoꝝ ꝯfiteri.Dicẽdũ ꝙ circũſtãtie ali/
qñ mutãt ſpẽm peccati:⁊ tũc circũſtãtie ſunt ꝯfitẽde:qꝛ ſpecies pec
cati ꝯfitẽda ẽ:aliqñ ita aggrauãt in eadẽ ſpecie ꝙ actũ reddũt moꝛ
talẽ q̃ ſine illis mortalis nõ eẽt ſicut pꝫ.Idẽ.n.actus illicit⁹ põt fie/
ri ex tãta intẽtiõe ꝙ pctm̃ mortale eſt:q̃ tñ ex ſurreptiõe fact⁹ moꝛ/
tale nõ eẽt:⁊ talis circũſtãtias ꝯfitẽda eſt.Aliqñ aũt nõ aggrauant
crimialiter:ſꝫ venialit̃:qꝛ ſine illis illa deordinatio pctm̃ mortale eẽt
nec ꝑ eas fieret pctm̃ mortale.ſi al's nõ eẽt.Et ſic venialia nõ ſũt cõ/
fitẽda de neceſſitate niſi aliqñ ꝑ accidẽs:vt ſupi⁹ dictũ eſt:ſic tales
circũſtãtie nõ reqrunt̃ de neceſſitate ad ſufficiẽtẽ cõfeſſionẽ:q̄uis
reqrant̃ ad cõfeſſiõis pfectionẽ.Ut aũt meli⁹ ſciri poſſit qñ ſint cõ
fitẽde de neceſſitate ⁊ qñ nõ.ſciẽdũ ꝙ circũſtãtia dicit̃ illud qđ eſt
extra eſſentiã actus:aliquo tñ mõ ipſuꝫ attigẽs aut q̄tũ ad effectũ
aut q̄tũ ad cauſaꝫ.Primo mõ dupliciter.ſ.aut ꝑ modũ mẽſure:⁊ ta/
les circũſtantie ſunt tp̄us ⁊ loc⁹:vel tãqꝫ qualitas act⁹:⁊ talis circũ
ſtantia ẽ agẽdi modus.Secũdo mõ eſt circũſtãtia q̃d factũ ẽ.ſ.mu
tilatio grauis:vel leuis ĩ reſpectu.Tertio mõ triplr.ſ.q̄tũ ad cãꝫ fi/
nalẽ:⁊ ſic accipit̃ hec circũſtãtia ꝓpter q̃d aut q̄tũ ad cãm mãleꝫ q̃
ẽ obiectũ actus:⁊ ſic accipit̃ hec circũſtãtia.circa q̃d aut q̄tũ ad cãꝫ
efficiẽtẽ:⁊ hoc duplicit̃ ſꝫ ꝙ ẽ duplex cã efficiẽs.ſ.p̄ncipalis ex ꝑte
cui⁹ accipit̃ hec circũſtãtia ꝗs fecerit:⁊ ĩſtrumẽtalis ex ꝑte cui⁹ acci
pit̃ hec circũſtãtia:quo ĩſtrumẽto:vel qb⁹ auxilijs fecerit.Nec ẽ in
telligẽdũ ꝙ ꝓpt̃ q̃d:⁊ circa q̃d:⁊ ꝗs:ſint circũſtãtie inquãtuꝫ ex eis
depẽdet eſſentia act⁹:ſꝫ ĩquãtũ ſũt q̃dã ꝯiunctões adiũcte.Uñ qñ
q̄rit̃ ꝗs fecerit tãqꝫ circũſtãtia querit̃ vtrũ cleric⁹ vel laycus vel reli
gioſus:⁊ qñ q̄rit̃ circa q̃d querit̃ vtrũ ille hõ quẽ ꝑcuſſit eẽt p̄latus
vel ſubdit⁹ ⁊ ſic de allis.Has aũt octo circũſtantias ponit ph̄s.iij.
eth.ca.iij.⁊ q̃libet earũ aggrauare põt ĩ ꝯdãnationẽ:qñqꝫ criminali
ter:qñqꝫ venialiter ¶ Circa qntũ.ſ.vtrũ ſtatim habita opportunita
te ſacerdotis teneat̃ hõ ꝯfiteri.Dicẽdũ ꝙ ille q̃ ꝯmittit peccatũ moꝛ/
tale nõ ſtatim tenet̃ de neceſſitate ꝯfiteri habita ꝯfeſſoris opportu
nitate:ſꝫ ſufficit ꝙ ſel' in ãno ſicut ſtatuit ꝯciliũ generale.Niſi in q̃t
tuoꝛ caſib⁹.Unus ẽ rõne ſacramẽti.ſ.qñ vult cõicare vel celebrare
niſi forte de ꝓpinquo expectet aliũ cui deuoti⁹ ⁊ ſecuri⁹ ꝯfiteat̃.ſic
eñi expectãs nullo iure cõicare ꝓhibet̃ ſi vere penitẽs ẽ.Secũdus
rõne ꝑiculi:vtꝫ qñ eſt ĩ notabili ⁊ iminẽti ꝑiculi mortis.Terti⁹ ẽ in
rõne cõſciẽtie.ſ.qñ cõſcĩa ſibi dictae ꝙ ſtatim teneat̃ cõfiteri de ne
ceſſitate.Quart⁹ rõne dubij.ſ.qñ ꝓbabiliter videt ſe ampli⁹ ãno il
lo copiã cõfeſſoris hr̃e nõ poſſe:q̃ ipſuꝫ poſſit abſoluere.Quint⁹ ca
ſus addi põt q̄tũ ad religioſos q̃ rõne ſtatutoꝝ ſuoꝝ:⁊ ſui ſtat⁹ te/
nent̃ cõfiteri frequẽti⁹ qꝫ ĩſtituit cõciliũ generale.Nec tñ ꝑꝑ h̄ ſeq̃
tur ꝙ ſtatim teneant̃ cõfiteri hr̃ita cõfeſſoris opportũitate:niſi aſſit
dies ꝙ ſm ſtatũ religiõis ſue cõfiteri teneant̃.Q꞉ aũt pctõꝛ regula
riter nõ teneat̃ ſtatĩ cõfiteri:pꝫ qꝛ ad h̄ nõ obligat̃ ex iure nãe:qꝛ cõ
fiteri ſacerdoti nõ ẽ ex iure nãe abſolute:nec ad h̄ obligat̃ diuina le
ge:qꝛ ſi ch̄rs cõfiteri ſacerdoti p̄cepit ĩplicite:nõ tñ p̄cepit h̄ ſtatim
fieri nec ad h̄ obligat̃ iure poſitiuo:ſed tñ ad ſel' in ãno vt dictũ ẽ.

## ¶ De commendantibus confeſſionem. DIS. XII.

Circa ſextũ.ſ.q̃lis debeat eẽ ꝯfeſſio ſalutaris.Sciẽ
dũ ꝙ dꝫ hr̃e ſexdecẽ cõditões q̃ reddũt eaꝫ
cõmẽdabilẽ ¶ Primo dꝫ eẽ voluntaria qꝛ nec donũ:nec
ſeruitiũ:nec ſacrificiũ gratũ põt eſſe deo vel homini niſi
ſit voluntariũ.Ideo de confeſſione dicit.pſ.ex voluntate mea con/
fitebor.Item Uoluntarie ſacri.ti.⁊ confi.no.t.⁊c̃.Cant̃.v.Labia
eius diſtillantia mirrã primã ſcilicet que ſponte nõ per vim inciſio
nis egredit̃:vt nõ ſit cõfeſſio achor vel furuꝫ:vel antiochi.ij.mach.
ix.vel vt confeſſio ione Ioñ.j.ſed ſit vt confeſſio dextri latronis.
¶ Secũdo debet eſſet ſtudioſe p̄meditata:vt hõ diligẽter p̄uideat
⁊ recogitet totã vitã ſuã ⁊ opa ſua:⁊ temp⁹ ſuum:vt de oĩb⁹ poſſit
dei ꝓpoſito cõfeſſori reddere rationẽ:vt dauid q̃ dicebat.Cogi.pro
pec.m.yſa.xxxviij.dicit ezechias timens p̄occupari morte.Recogi/
tabo tibi oẽs annos meos in amari.ani.m.⁊c̃ ¶ Tertio debet eſſe
feſtina.Gen̄.xxix.modo cõfitebor dño.Sũt aũt ſepteẽ cauſe quare

feſtina dꝫ eſſe ꝯfeſſio. Prima ē ex peccati ⁊ ꝯfeſſiōis ipſius qualita
te. qꝛ peccatū ignis infernalis ē nec alia aq̄ pōt extingui niſi lachry-
moſa ꝯfeſſiōe. q̄ q̄ꝫcito īirauerit domū. ⁊ occurrēdū ē vt extinguat᷑.
Bern. Abſcōdi ignē ī ſinu meo exuſto iā latere nudatis viſceribus
ſanie defluēte. ꝯſulēdū ē an ipꝫ excutiā. Itē peccatū eſt morib⁹ gra
uiſſim⁹. ꝯfeſſio medicina. Hiero. velox ꝯfeſſio velocē facit medici-
nā. Augu. de latrone dextro. qꝛ cito ꝯuertit᷑ cito eis ignoſcit᷑. Pſal
miſta. cito anticipēt nos mīe. t. qꝛ pau. fa. ſ. nimis. ſpoliati ꝑ peccatū
Peccatū ē imūditia a q̄ dꝫ ſe iacēs cito erigere. Quis nō cito feſti-
nat aſinū ſuū eruere vel eleuare quē videt ī lutū cecidiſſe. Bern. ca-
dit aſina. ⁊ ē q̄ ſubleuet. perit aīa. ⁊ nō ē q̄ curet. Qui ī peccato iacet
vr̄ min⁹ ſe diligere ⁊ de ſe curare q̄ꝫ de aliquo ſuoꝝ. Quis. n. ē tā ne
gligēs q̄ videt domū ſuā ſuccēdi q̄ eā extinguē nō feſtinet. īfirmuꝫ
ad mortē ꝯcurari cito non affectet. ſpoliari ⁊ ſua deꝑdari. ⁊ adiuto
riū nō aduocet. aliq̄d ſuoꝝ in lutū cadere ⁊ ſtatim nō eleuet. Scd̄o
dꝫ mouere hoīeꝫ ad cito ꝯfitēdū mortis ꝓpinq̄tas. ⁊ hore mortis ī-
certitudo. qꝛ peccatori mors in omni loco īſidiat᷑. ⁊ cū nō ꝓuidet᷑.
cito irruit. Seneca. Mors ī omni loco te expectat ⁊ tu ī omni loco
ſecur⁹ expecta. ſubito rapit hoīeꝫ īprouiſuꝫ. yſa. xxviij. Dū adhuc or
direr ſuccidit me Eccī. v. ca. Ne tardes cōuerti ad dn̄m. ⁊ ne dif. de
die ī diē. ſupne. vē. ira. il. ⁊ ī tpe vindicte diſꝑdet te. Greg. Si q̄s ſci-
ret quo tpe a p̄ſenti ſeculo exiret. ſeparare ꝑ ꝯfeſſioneꝫ nō differret
ſꝫ q̄ ꝓmittit veniā penitēti. diē craſtinū nō ſpopōdit. De hac mate-
ria habet᷑ ſupra li. ij. de ſubita ⁊ veloci morte maloꝝ. Tertio ꝑiculi ī
quo ē peccator imēſitas de quo ſatis habet᷑ ſupra. Quarto miſera
captiuitas. qꝛ ē ī carcere peccati. ī ore dyaboli leonis ⁊ lupi. ⁊ draco
nis īfernalis. ī vētre ceti a q̄b⁹ liberat᷑ anteq̄ꝫ abſorbeat᷑ veloci cla-
more ꝯfeſſiōis. Clamat canis. ouis. porcus. cū ſe videt ī os lupi. vt
ꝑ occurſuꝫ paſtoꝝ eruant᷑. Magis ē his fatu⁹ peccator. q̄ cito ꝓnon
clamat ꝑ ꝯfeſſionē cū dicat glo. ſup illō. pš. Neq̄ꝫ abſor. m. pro. ne.
vr. ſ. m. pu. os ſuū. Nō vrgebit puteus ſup te os ſuū. niſi tu clauſer|
os tuū. Quinto dꝫ mouere ad cito ꝯfitēdū amiſſi ꝑcioſitas. qꝛ bōa
eterna ⁊ ſpūalia ⁊ tp̄s ſuū ⁊ ſeipꝫ amiſit. ⁊ bōa īfinita tādiu amittit
q̄ꝫdiu deberet ꝯfiteri. q̄ oīa recupat virtute ꝯfeſſiōis. Sexto memo
rie labilitas ⁊ rōnis reddēde neceſſitas. Bern. rō dilata facit obliui
ſci multa. Septio expectātis dei imēſitas. q̄ ſtat ad hoſtiū ⁊ pulſat
Apoc. iij. Spālit᷑ aūt ꝑiculoſuꝫ ē differre ꝯfeſſionē vſq̄ꝫ ad morteꝫ.
qꝛ ſicut dicit᷑ ī. pš. Nō ē in morte q̄ memor ſit tui. o dn̄e. Eccī. xvij.
Ante mortē ꝯfitere. a mortuo q̄ſi nihil parit ꝯfeſſio viuus ⁊ ſan⁹ ꝯ
fiteberis. Hoc bene vidit ezechias īfirm⁹. q̄ dicebat yſa. xxxviij. Vi
uēs viuēs ipe ꝯfitebit᷑ t. ⁊c. Aug. Qui deberēt penitere vſq̄ꝫ ad finē
vix aut nūq̄ꝫ bene penitēt. qꝛ q̄ credit᷑ eē vā ꝯtritio. mortis īſtātis
ē extra ſpatio. Itē q̄ differt penitē vſq̄ꝫ ī mortis articulo ſicut īcerta ē
ei⁹ dānatio. ita ī dubio eſt peccatoꝝ ſuoꝝ remiſſio. Itē q̄ vult ḡ ſal
uus eē peniteat dū ſan⁹ ē. Greg. cū egritudine opprimer| . nihil aliō
cogitare poteris. qꝛ ibi dirigit᷑ tota ītētio mētis. vbi ſentit᷑ vis do-
loris. Augu. Hac aīaduerſiōe ꝑcutit᷑ peccator vt moriēs obliuiſcat᷑
ſui. q̄ dū viueret oblitus ē dei. ¶ Quarto ꝯfeſſio dꝫ eē vā. pš. Ecce
enī veritatē dilexiſti. Jo. viij. Veritas liberabit vos. Neceſſe ē vt ge
neralit᷑ ſe peccatorē ſemꝑ hō ꝯfiteat᷑. lꝫ in ſe aliq̄ peccatū mortale
nō recordet᷑. Leui. xiij. Leproſus ꝯtaminatū ⁊ imūdū ſemꝑ ſe cla-
mabat. Jo. j. Si dixerim⁹ qꝛ peccatū nō habem⁹ ⁊c. Sit ḡ vā vt pec
catū q̄ cōmiſit nō taceat. ne cā humilitat| peccatū ſuū augeat mē-
tiēdo. ⁊ q̄ nō fecit dicendo ſe feciſſe. Act. v. dixit petrus ſaphyre ⁊
ananie. cur tētauit ſath. cor tuū mētiri te ſpūiſancto. Aug. cū ī ꝯfeſ-
ſiōe cā hūilitatis mētiris. ⁊ ſi nō eras ante peccator. efficieris. Iteꝫ
vera vt de vō corde ⁊ nō ficto ꝓcedat. Jo. xij. Maria accepit librā
nardi piſtici ꝑcioſi. ⁊ vnxit pedes ihū ⁊c. ¶ Quinto dꝫ eē nuda nō
palliata. nō v̄bis obſcuris vel dubijs obuoluta. ſꝫ aptis ſmonib⁹ de
clarata. pš. Reuela do. vi. t. Job. xxxj. Si abſcōdi q̄ſi hō pctm̄. m. ⁊
celaui iniq̄tatē in ſinu meo. ⁊c. Prouer. xxvij. Qui abſcōdit ſcelera
ſua nō diriget᷑. q̄ āt ea ꝯfeſſus fuerit ⁊ reliq̄rit. mīaꝫ ꝯſeq̄t᷑. Boeti⁹
Si medicinas expectas. neceſſe ē vt vuln⁹ detegas ꝙ hō peccata de
tegat h̄ req̄rit nā medēdi. Aug. q̄ꝫdiu ferrū ē ī vulnē. nō ē malagma
īponere. Greg. Vulnera occulta magis excruciāt. qꝛ cū putredo q̄
interius feruet foris eijcit᷑. dolor ad ſalutē apit᷑. ⁊ ꝯtritio apoſtema
pūgit. ꝯfeſſio apit. ſatiſfactio cataplaſma apponit. Itē debem⁹ nu-
dare ad ꝓuocādū diuinā pietatē ⁊ largitatē ad ſimilitudinē trutā-
noꝝ. q̄ vt poſſint citius obtinere a pijs hoīb⁹ ſuā oñdūt infirmitatē
feditateꝫ. deformitatē. paupertatem. Sic debet facere confitens vt
vt magis poſſit cōmouere viſcera pietatis ⁊ obtinere largiora mu-
nera diuine largitatis. yſa. lvij. Deſcende ſede in puluere virgo. ⁊c.
Et poſt. Reuela crus. denuda turpitudineꝫ tuam. diſcooperi. hu. t.
Itē debemus denudare ad prouocādū diuinā curialitatē q̄ coopit

oſtendentē ſibi ſuā nuditatē. Eze. xvj. Vidi te nudā ⁊ cōfuſione ple
nā: ⁊ expādi amictū meū ſup te: ⁊ operui ignominiā. t. Aug. Si hō
tegit: deus detegit: ⁊ ſi hō detegit: deus tegit: vt patet ꝑ exēplū mu-
lieris q̄ clamauit peccata ſua in mari. Itē ꝓpter diuinā ſeueritateꝫ
q̄ denudabit corā oīb⁹ q̄ noluerūt peccatores ſalubriter apire ſpūa
li patri in ꝯfeſſione. yſa. lvij. Reuelabit᷑ ignominia tua ⁊ videbit᷑ ob
probriū tuū. Octo aūt ſūt q̄ obturāt os peccatoris ne nudā faciat
cōfeſſionē: ⁊ q̄ retrahūt ab ea. Primū ē deſperatio venie ꝯſequēde
Secūdū eſt p̄ſumptio mīe: ꝑ quā credit peccatū nō puniēdū. Terti
um eſt ſpes longe vite: ꝑ quā ꝯfidit vt poſt longā vitā in peccato cō
ſumptā peniteat. Quartū eſt timor vel horror pn̄e. Quintū ē igno-
rātia culpe aut iuſticie. Sextū eſt amor pctī ſui aut nocumētuꝫ ſui.
Septimū ē nimia verecūdia. Octauū eſt nimia pigritia q̄ differt hō
de die in diē. ¶ Sexto dꝫ eſſe accuſans: vt hō nō excuſet ſe. nec pec
catū ſuū defendat: nec diminuat: ſed poti⁹ exaggeret p̄ſando gen⁹
peccati ⁊ oēs circūſtātias aggrauātes. Job. vij. nō parcā ori meo: lo
quar in tribulatiōe ſpūs mei ꝯfabulabor cū amaritudine aīe. m. di
cēdo oēs circūſtantias. Aug. Ignoſcam⁹ dicit dn̄s: qꝛ agnoſcit. par
cam⁹: qꝛ ſibi nō parcit. Idē Job. x. dimittā aduer. m. elo. m. ⁊c. Se-
neca. Malus hō q̄cq̄d ab hoīb⁹ ſciri nonvult: deo narrat. Si hō ſe
accuſat bene os dyaboli obſtruit. pš. Vias meas. enū. Glo. Si hō
ſufficiēter ſe accuſauerit: vocē accuſatoris pati excludit: ⁊ os ei⁹ ob
ſtruit. pš. Iniuſticiā meā nō abſcō. ꝓuer. xviij. Iuſt⁹ in p̄ncipio ac-
cuſator eſt ſui. venit amic⁹ eius ⁊ īueſtigabit eū: niſi bene ſe accuſet
In dyoč. remēſi cū quidā ſacerdos haberet quādā parrochianam
quā ſciebat valde peccatricē: ſed occultā: ⁊ ipſa eēt corā eo ſe iuſtifi
cās: nec aliq̄ peccatū poſſet ō ea extorquere: firmato cācello ī quo
erat: dixit ꝙ de⁹ dederat ei maximas reliq̄as: q̄ nō fuerāt inuēte de
aliqua muliere: excepta mr̄e dei: q̄ nō peccaſſet. Cū aūt pulſaret cā-
panas: ⁊ faceret ꝓchianos vocari: dicēs ꝙ eā reponeret in capſa
argētea. illa ꝯfuſa multa pctā ⁊ enormia eſt ꝯfeſſa. Accuſando aūt
ſe cauere dꝫ ne accuſet alios: vel eis īponat peccatū ſuū ſic fecit adā
⁊ eua ⁊ multi ſil̄es eis ꝯfitent᷑ alioꝝ pctā. ſicut vir vxoris ⁊ ecōuerſo
⁊ ſocij ſocioꝝ. Alij generalit᷑ dicūt pctā omniū dicēdo. ſic facim⁹. ſic
loquimur: vel ſic faciūt hoīes. Alij dicūt. ſic feci ꝓpter ſocios q̄bus
me negare nō poterā: vel ſocij traxerūt me: vel ſocij ſic faciebāt: ⁊ ve
recūdū erat mihi nō facere ſicut alij faciebāt: contra tales dixit. pš.
Reuela dn̄o viā tuā. Idē. vitā meā annūciaui tibi: nō alienā. Ideꝫ:
delictū meū cog. t̄. fe. ⁊ iniuſticiā meā nō abſcōdi: dixi ꝯfitebor ad-
uer. me. ⁊c. Alienū ergo peccatū ꝯfiteri nō dꝫ niſi forte peccatū ſuuꝫ
nō poſſit aliter cōfiteri. ¶ Septimo dꝫ eſſe integra: vt oīa peccata
maiora ⁊ minora ⁊ circūſtantias peccatorū a ſe abradat ⁊ abijciat.
Leui. xiiij. Leproſus qui mūdabat᷑ radebat oēs pilos carnis ſue: ⁊
lauabat᷑ aqua: vt oīa idola mortaliū a finib⁹ nr̄is eijciamus ſicut fe
cerūt filij iſrl̄. Iudič. x. Peccauim⁹: tu redde nobis. Et hec dicentes
eiecerūt oīa idola de finib⁹ ſuis: ⁊ ſic placat⁹ ē dn̄s. Eccī. xxviij. Ab
oīb⁹ delicto emūda cor tuū: nō vt fecit Cromati⁹ de quo legit᷑ ī vita
ſancti ſebaſtiani: ꝙ m̄lta ꝯminuit idola: vt recipet ſanitatē: ⁊ nobili
us. ſ. ſolis ⁊ lune retinuit: nec tn̄ ſanari potuit quouſq̄ꝫ illud deſtru
xit: ⁊ tūc ſanat⁹ ē a lepra. Itē integra vt oēs circūſtātias aggrauan
tes dicat: ⁊ maxie trahētes pctm̄ in aliud gen⁹ vel ſpeciē: ⁊ cās pctō
rū nō omittat. Itē ſit ītegra: vt eā nō diuidat ꝑ diuerſos ſacerdotes
ptē ꝯfitēs vni: ⁊ ptē alteri: ſed totū dicat illi cui hꝫ ꝯfiteri. Itē ī libro
petri cluniač. dicit᷑ ꝙ q̄dā miles ītrauit ordinē cluniač. cui grauiſ-
ſime egrotāti videbat᷑ ꝑ totā quadrageſimā ꝙ haberet runcinū ſuū
cedentē faciē eius cū calcib⁹ poſteriorib⁹: ⁊ nō ceſſabat clamare: re
mouete a me runcinū iſtū q̄ me occidit. Cū aūt in fine q̄drageſime
veniſſe abbas: monuit eū a d ꝯfeſſionē faciendā: quā cū feciſſet ne-
gligēter: ⁊ iterrūpēdo eā clamorib⁹ ⁊ aliq̄ dimittēdo ſciēter: ⁊ ſic cū
quieuit q̄dā apparuit ei ad caput lecti ſui: in manu ferēſ librū ī quo
erāt ſcripta oīa eius pctā ⁊ dixit ei. Vides hec oīa aut tu hic dices
hec oīa: aut ego alibi dicā. Qui ad hoc mot⁹ fec̄ vocari abbatē ⁊ fa-
cta ꝯfeſſione plenaria: a dyabolo ⁊ corpis ⁊ aīe ꝑiculo liberat᷑. Iteꝫ
in eodē libro dicit᷑: ꝙ apud rodoliū monaſteriū eiuſdē ordiniſ q̄dā
monach⁹ ꝯfitēs. aliq̄ retinuit ſciēter pctā: ⁊ vidit ante ſe eodem tpe
maximā m̄ltitudinē nigroꝝ: ⁊ duas lāceas: in q̄rū altera vidit aīaꝫ
ſuā: in altera oīa pctā ſua cū accuſantia: tūc vidit quēdā formoſiſſi
mū ꝯ demōes clamātē q̄d vult| facere. iſte nō erit veſter: qꝛ ꝯfeſſus
eſt ecōtra illi dicebāt ꝙ nō fuerat ītegre confeſſus. Ille mot⁹ mīa
eū eripuit ab ei ſuadēs illi vt ītegre ꝯfiteret᷑: q̄ ipſe fecit: ⁊ liberat⁹
eſt a ꝑiculo corpis ⁊ aīe ⁊ a demonib⁹. Et merito dꝫ ꝯfeſſio eſſe īte
gra de oīb⁹ peccat| generaliter: qꝛ de oīb⁹ generale iudiciū req̄ret᷑.
Eccs. xij. Cūcta q̄ fiūt adducet dn̄s ad iudiciū ꝓ omni errato. Iteꝫ
diuiſionē remiſſiōis nō patit᷑ vnitas charitat|: qꝛ nō poteſt aliq̄s ſi

nul eſſe amicus dei ⁊ inimic⁹: nec vnitas gratie que ſimul ꝯtrariaᷓ
omni peccato. vñ aut oīa delet. aut nullū nec ēt ſūma dei bonitas ꝙ̄
ꝯdonat oīa. vel nullū. Verſus. Larga dei pietas veniā nō dimidia
bit. Aut nihil aut totū gr̄a larga dabit. ¶ Octauo ꝯfeſſio dꝫ eē ſim
plex. i. ſine duplicitate hipocriſis. vt nō ſit ſicut ꝯfeſſio illius hereti/
ci ꝙ̄ ꝯfitebaᷓ vt ꝯfeſſorē ꝑuerteret: nec ſicut filius ꝙ̄ cōfitebaᷓ vt de
burſa ꝯfeſſoris pecuniā furareᷓ. nec ēt ſicut illi⁹ ꝙ̄ ꝓ lucro vel fauo
re vel alia de cā. niſi ꝓ ꝯſequēda venia peccatoꝝ. Eccī. j. ne acceſſe/
ris ad deū duplici corde. ⁊ ne fueris hipocrita ī ꝯſpectu hoīuꝫ. ⁊ ne
ſcādalizeris labijs tuis ⁊ reuelet de⁹ abſcōdita. t. ⁊ in ꝯſpectu ſyna
goge ī iudicio generali elidat te. qm̄ acceſſiſti maligne ad deū. ⁊ coꝛ
tuū plenū ē dolo ⁊ fallacia. Et. ij. ca. de duplici corde ⁊c̄. Hoc timeāt
illi ꝙ̄ ad h̄ ꝯfitenᷓ ſolū ne heretici ſuſpicenᷓ. vl̄ vt boni reputēᷓ. vel
ne a ſuis ſacerdotib⁹ moleſtēᷓ. vel ꝙ̄ ī ꝯfeſſiōe ſua ſe iuſtificāt vt vl̄
ne mali appareāt. vel vt boni iudicenᷓ vel videāᷓ. ¶ Nono dꝫ eſſe
verecūda. Eccī. vij. gr̄a verecūdie ē ſuꝑ auruꝫ ꝯ̄ ipudētes. Hiere. iij.
frons mulieꝶ meretricis facta ē tibi. noluiſti erubeſcere. ¶ Debet āt
erubeſcētia in ꝯfeſſiōe ſeruire nō dn̄ari. vt nō claudat os cōfitētis.
Eccī. iiij. Eſt. n. ꝯfuſio adducēs gloriā. ſ. illa ꝙ̄ ſeruit ꝯfeſſiōi. adducit
aūt ignominiā illa ꝙ̄ dn̄aᷓ. ⁊ claudit os vt ſit mutus ī oꝛe. Debet āt
erubeſcere peccatoꝛ ꝑꝑ ſeptē. Pꝛio qꝛ in p̄ſentia dei ⁊ celeſtis curie
⁊ corā eoꝝ oclīs fecit īprudēter qđ corā viliſſimo ruſtico facere nō
auſus fuiſſet. j. corin. iiij. Spectaculuꝫ facti ſumus mūdo. angelis ⁊
hoīb⁹. Luc̄. xv. Pater peccaui ī celū ⁊ corā te. Scđo ꝑꝑ nobilitatꝭ
diuine īdecētiā ꝯtra quā ꝯmiſit. vt fornicaria nobilis ꝯtra p̄reꝫ ſuū
⁊ gen⁹. Ph̄s. Erubeſce celū intrare in cenū. Bern̄. O aīa illuſtrata
dei imagine. decorata ſimilitudine ⁊c̄. Et p⁹. ꝗd tibi cū carne. Eccī.
xlj. Erubeſcere a p̄re ⁊ matre de fornicatiōe. Tertio ꝑꝑ peccati vili/
tatē ⁊ ignominiā ī quo dep̄hēſus ē. ⁊ qđ oīb⁹ palā fiet. niſi h̄ ꝑ cō/
feſſiōeꝫ ⁊ p̄niaꝫ ꝯtegaᷓ. Hiere. ij. Sicut ꝯfundiᷓ fur in furto ſuo ⁊c̄.
Quāto ꝑꝑ viliſſimi foꝛi īprudētiā. Hierᷓ. xxxj. Poſtꝙ̄ oñdiſti mihi
ꝑcuſſi femur meū. ꝯfuſus ſuꝫ. ⁊ erubui. Femur ꝯſueuit ꝑcuti de vi
li ⁊ malo foꝛo qn̄ res ꝓcioſa daᷓ ꝓ nihilo. Quinto ꝑꝑ deiectiōis ve
hemētiā qꝛ fili⁹ ⁊ h̄ēs dei ſit ſeru⁹ dyaboli ꝑ peccatū. Mēbrū chꝛi
ſit mēbrū dyaboli. Hiere. ij. Ubi nō ꝓſtrata es. Sexto ꝑꝑ igratitu/
dinē diuine mīe. Greg. Erubeſcere dei mīaꝫ ſaltē deberem⁹. ſi eius
iuſticiā formidare nollem⁹. Septimo ꝑꝑ ſatiſfactiōis ad quā tene/
mur ſuppletōeꝫ. Aug. Erubeſcētia maxia ꝑs ē ſatiſfactōis. Mich.
iiij. Veniēs ī babylonē liberaberis. i. ī ꝯfuſiōeꝫ ꝯfeſſiōis. Babylon
enī ꝯfuſio īterꝑtaᷓ. ſuꝑ illud Job. xxix. Nō erubui. dicit Greg. Ui/
deaᷓ cuilibet ille vir magn⁹ ī virtutib⁹ ſuis mihi certe ſublimis ap
paret ī peccatis. Ego nō min⁹ admiroꝛ ꝯfeſſiōeꝫ humillimaꝫ. ꝙ̄ tot
ſublimia geſta virtutū. Scio qꝛ ꝑ infirmitatis verecūdiā plurimis
grauioꝛis ſolet eſſe criminis ⁊ grauioꝛa ꝯmiſſa ꝑdere ꝙ̄ nō admiſ
ſa vitare. ¶ Decio dꝫ eē amara ⁊ lachꝛymoſa. Treñ. ij. Effūde ſicut
aquā coꝛ tuū vt peccata lugeas ⁊ oīno effūdas. de h̄ ſatis habeᷓ ſu
ꝑꝛa de ꝯtritiōe. Joh̄. xv. mulier cū parit triſticiā hꝫ ⁊c̄. ¶ Undecio
dꝫ eſſe diſcreta. vt ſciat hō diſcernere īter moꝛtale ⁊ veniale. ⁊ ꝯfitē
do diſcernat. Itē diſcreta vt diſcretū ſacerdoteꝫ querat ſicut medi/
cū in ſp̄ali medicina peritū. Augu. Idē dꝫ facere ꝓ euitanda moꝛte
aīe. qđ faceret ꝓ euitāda coꝛpis moꝛte. ꝑ ꝙ̄ euadēda quēcūꝗ diſ/
cretioꝛē poſſet medicū q̄reret vt euaderet. Aug. Qui vult ꝯfiteri pec
cata vt iueniat gr̄aꝫ. querat diſcretū ſacerdotē ꝙ̄ ſciat ligare ⁊ ſolue
re ne cū negligēs extiterit. negligaᷓ ab eo ꝙ̄ eū miſericoꝛdiᷓ monet.
Iteꝫ dꝫ eſſe diſcreta vt ſit oꝛdinata ⁊ diſtincta vt ꝑ ſingula peccata
currat. ⁊ p̄mo groſſioꝛa ⁊ ꝑiculoſioꝛa dicat. ⁊ vbi circūſtantias ag/
grauātes inuenit. ⁊ in aliud gen⁹ trahētes nō obmittat. Itē vt hōa
taceat ⁊ deo ꝯmittat. Leui. ij. In omni ſacrificio ſal erat apponen/
dū. Quia ī omni facto ſuo ⁊ maxīe ī ꝯfeſſiōe dꝫ ſe mature hō ⁊ diſ
crete h̄re. Ita ꝙ ꝑ ī cautelā ſuā peccata ſua non augeat. ſꝫ ſe de eis
potius expediat. ¶ Duodecio dꝫ eſſe fida. vt de dei bonitate ꝯfidat.
nō ſicut iudas ꝙ̄ iniq̄tatē ſuā ꝯfeſſus ē dicēs. Peccaui tradēs ſan/
guinē iuſtū. Math. xxvj. ⁊ tn̄ de dei mīa deſꝑauit. Ipſe ſiq̄dē ih̄s
nazarenus rex iudeoꝝ. Et ē ī ipſo ꝯfidēdū. qꝛ ē ſaluatoꝛ. ſanctifica/
toꝛ ⁊ gubernatoꝛ ꝯfitētiū. Heb. x. Accedamus cū vo coꝛde ī plenitu
dinē fidei aſperſi coꝛda a ꝯſciētia mala. ⁊ teneamus fidei nr̄e ꝯfeſſi
onē īdeclinabilē. Fidelis. n. ē ꝙ̄ repꝛomiſit. Vulgariᷓ diciᷓ. ꝙ̄ indul
gētiā nō credit. remiſſionē nō recipit. Unde dn̄s dicit mulieri cha/
nanee Math. xv. O mulier magna eſt fides tua. fiat tibi ſic̄ vis ⁊c̄.
Luc̄. vij. dicit de maria magdalena. fides. t. te ſal. fecit ⁊c̄. Eccī. iiij.
Pꝛeſbytero humilia aīaꝫ tuā. Math. viij. Et Luc̄. xvij. Pꝛecepit
dn̄s leꝓſi vt oñderēt ſe ſacerdotib⁹. ⁊ dū irēt mūdati ſūt. Et illi ꝙ̄
redijt dixit. fides tua te ſaluum fecit. Quia eis dictum eſt Luc̄. xvj.
quodcūꝗ liga. ſuꝑ ter. ⁊c̄. Leo papa. Multiplex miſericoꝛdia dei

que lapſibus humanis ſubuenit vt ꝑ penitentiā ſpes vite repareᷓ.
Diuine voluntatis p̄ſidijs taliter oꝛdinatis vt indulgentiaꝫ dei niſi
ſupplicantib⁹ ſacerdotib⁹ penitentes nequeant obtinere ⁊ cetera.
¶ Tredecimo debet eſſe frequēs: vt dicam⁹ cū xp̄o Joh̄. xi. Eam⁹
in iudeā iterū cruci. Aug. quāto plurib⁹ ꝯfiteris ſub ſpe venie. tāto
citi⁹ veniā ꝯſeq̄ris. Sūt āt m̄lte rōes q̄re ꝯfeſſio ſit iterāda. ſ. angeli
magni ꝯſilij ſuaſio. Itē ſp̄ūſcī aduocatio ad m̄ltiplicē gemitū. yſa.
lix. Quaſi colūbe meditātes gemem⁹. ꝑs. ꝯfitebimur. tibi de⁹ ꝯfite/
bimur. Itē pctī remiſſio ⁊ pene debite ꝓ eo: qꝛ ibi pene debite aliq̄d
dimittiᷓ in ꝯfuſiōe. Itē vberioꝝ ſanctitatꝭ acquiſitio ⁊ mūditie. vt
tela cruda frequēti ablutiōe cādidaᷓ. Itē ꝓpter viſcerū dei ꝯmotio
nē. Hiero. paterna viſcera īterpellatiōe ſedula molliunᷓ. Itē ꝓpter
demonū infeſtationē ⁊ fugationē: vt auis elōgat nidū in quo ſepe
moleſtaᷓ: ⁊ in quo oua eius ſepe rapiunᷓ. Itē ꝓpter pctōꝝ iugeꝫ in
ſurreptionē: vt nauis ſepe hauriᷓ qn̄ ſepe ītrat aqua. Itē ꝓpter ſciē
tiā bene ꝯfitēdi acq̄rendā ꝙ̄ acquiriᷓ ex ei⁹ frequētatiōe: vt alie ar/
tes ex frequēti agē doctos efficiūt. Itē ꝓpter memoꝛie obliuioneꝫ
frequēter ꝯputādū. Itē ꝓpter gr̄e ⁊ meriti accumulationē. Itē ꝓpē
ſuffragioꝝ ſacerdotaliū: ⁊ eccl̄ie acq̄ſitionē. Itē ꝓpter ꝯſcīe dubita
tionē: qꝛ ſemꝑ trepidat hō ne ſufficiēter fuerit ꝯfeſſus. Mlte picte
valent obolū ⁊ plures denarij ſolidū. Itē ꝓpē maioꝛē humiliatōeꝫ
Cū quereᷓ a quodā abbate q̄re ita frequēter ꝯfitereᷓ. Rn̄dit ꝙ iō
qꝛ ſemꝑ timeo me nō bene eē ꝯfeſſū ⁊ ſepe aliq̄d ad memoꝛiā redu
co qđ nō dixerā: ⁊ qꝛ a ꝯfeſſiōe hūilioꝛ ſemꝑ ſurgo. ¶ Itē abbas ſy/
ſoy dixit cuidā fratri ꝯquerēti de frequēti lapſu. Si cecidiſti ſurge.
ſi nō ceſſas cadere: nō ceſſa ſurgē: qꝛ vbi inuētus fueris: ibi iudica/
beris. ¶ Decimo q̄rto dꝫ eſſe obediēs vt dicat parat⁹ ſuꝫ ⁊ nō ſum
turbat⁹ Act. ix. Dn̄e ꝗd me vis facē. Aug. Ponat ſe penitēs in iudi
cio ſacerdotꝭ ſibi de ſeipſo nihil retinēs: vt parat⁹ ſit facē ꝓ recipiē/
da vite aīe: qđ parat⁹ eſſet facē ꝓ euitāda coꝛpis moꝛte: vt ſic̄ ꝓ mo
dica febꝛe vel īfirmitate multꝭ dieb⁹ abſtinet a vino. ita faciat ꝓ aīe
ſalute: ꝓ ꝯſilio medicine abſtīet a carnib⁹ amputat ſibi crines. Ali/
qn̄ ſedet ī domo. abſtīet a vano gaudio ⁊ vino: vadit extra regiōeꝫ
ſuā: dimittit ſua ⁊ ſuoſ. Sic dꝫ facē ꝓ aīe ſalute. ¶ Decioq̄nto dꝫ eē
ſatiſfactoꝛia: vt ſit ſꝫ q̄litatē ⁊ quātitatē pctōꝝ: qꝛ ſic̄ diciᷓ Sap. xj.
ꝑ ꝙ̄ peccat ꝑ hec ⁊ toꝛqueᷓ. in quo q̄s ſe peccaſſe cognouerit: ī eo ſe
puniat. apponēdo remedia ꝯ moꝛbū: qꝛ ꝯ̄ria ꝯ̄rijs curanᷓ: ⁊ quāto
ſe graui⁹ meminit deliq̄ſſe: tāto ſe dꝫ duri⁹ ſatiſfaciēdo punire: de btā
magdalena diᷓ greg. quot in ſe hūit oblectamēta. tot de ſe inuenit
holocauſta: ꝯuertit ad v̄tutes nūerū criminū vt totū deo ſeruiret in
p̄nia. q̄cq̄d ex ſe deū ꝯtēpſerat in culpa. Itē Heſt. xiij. Dū depoſuiſ
ſet veſtes regias. luctui apta īdumēta ſuſcepit: ⁊ ꝓ vnguētis varijs
cinē ⁊ ſtercoꝛe īpleuit caput ſuū: ⁊ coꝛp⁹ ſuū hūiliauit ieiunijs: ⁊ oīa
loca in q̄b⁹ letari ꝯſueuerat. impleuit crinū laceratiōe: ⁊ dep̄cabaᷓ
dn̄m. Joel. ij. Cōuertimī in ieiunio ꝯ̄ carnis ꝯcupiſ. in fletu. ꝯ̄ ꝯcu/
piſ. ocu. ⁊ plāctu. ꝯ̄ vite ſuꝑbiā. Aug. Ad agēdā dignā p̄niaꝫ n̄ ſuffi
cit moꝛes in meli⁹ ꝯmutare nec a malefactis recedē. niſi de his ꝙ̄ fa
cta ſūt malis ſatiſfaciat dn̄o ꝑ p̄nie doloꝛē ⁊ ꝑ hūilitatis gemitū. ꝑ
cōtriti coꝛdis ſacrificiū coopantib⁹ elemoſynis. ¶ Decimoſexto dꝫ
